



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 3. Confusio linguæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 3.  
Confusio lin-  
guarum.



Confusæ sunt autem linguæ post diluuium. Erant autem quæ confusæ sunt linguæ LXXII. & qui turrim ædificabant, erant gentes LXXII. quæ etiã in linguis super faciem totius terræ diuisæ sunt. Nemroth autem gigas filius Chus iustam Medis venando subministrabat bestias in cibum.

Caput 4.  
Deriuatio ex  
eis gentium,  
eorumq; no-  
mina.  
Vide Ioseph.  
Antiq lib. 1.  
cap 6. Otton.  
Ensing lib. 1.  
cap 4.



Ocubula autem LXXII. hæc sunt. Filij Iaphet; Gomer, ex quo Cappadoces; Nagog de quo Getæ & Galatæ; Madai, de quo Medi; Iuuan, de quo Græci & Iones; Tubal, vnde & Italienses; Mosoch, vnde Illyrici; Tyras, vnde Thraces; Chetim, vnde Troiani, Phrygij, Macedones. Et filij Gomer, Arcanes, de quo Sarmatæ; Rifath, de quo Sauomatæ; Togorma, de quo Armenij. Et filij Iuuan, Elisan, inde Siculi; Tharsim, ex quo Iberi; qui & Agareni; Cethim, de quo Romani, qui & Latini; Dodanim ex quo Priamij. Omnes XV. de his extiterunt insulæ gentium. Sunt autem Cyprij & Sicilientes ex Iaphet. Siquidẽ inuenimus & eos qui sunt ad Burram ex ipsis etiam gentes quæ sunt in Thebaide, præter eos qui postea aduenerunt. Ibi reges qui habitauerunt in ciuitate, quæ apud Græcos honoratur Athenas & Thebas. Qui enim Sidoniorum sunt habitatores & quicumq; sunt alij similibus, post hæc apud Helladam transmigrauerunt. Cognoscimus autem hæc ex lege & Prophetis. Erant ergo de Iaphet ad confusionem turris XV. Et hæc gentes Iaphet à Mecha vsq; vesperum Oceani diffusæ sunt, attingentes vsq; ad Burram. Hi filij Iaphet, Medi Albani, Gargani, Arsei, Armeni, Amazones, Choli, Corgemi, Benagenæ, Cappadoces, Paphlagones, Mariandini, Tibarenses, Chalybes, Mossiroti, Cholchij, Melantini, Sarmatæ, Saurobatæ, Meotæ, Scythæ, Taurisci, Thraces, Bastarni, Illyri, Medones, Hellenes, Græci, Libyes,

Hic aliud non habeo, quam testari me m. f. ex fide dare, & quidem etiam manifesta errata representare. Hoc e.